The Digital *Liber exceptionum* Project (https://exceptiones-project.wlu.ca)

Augustinus de fide et simbolo (fol.4va)

1. Rectissime creditur omnia deum fecisse de nichilo. quia etiam si de aliqua materia factus est mundus. eadem ipsa materia de nichilo facta est.

   quapropter rectissime creditur omnia deum fecisse de nihilo: quia etiam si de aliqua materia factus est mundus, eadem ipsa materia de nihilo facta est, ut ordinatissimo dei munere prima capacitas formarum fieret, ac deinde formarentur quaecumque formata sunt.

   Augustinus Hipponensis, *De fide et symbolo*, 2.2 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.6, ll.4-9).

2. Deus cum uerbum genuit id quod est ipse genuit. neque de nichilo. neque de aliqua iam facta. conditaque materia. sed de se ipso id quod est ipse.

   deus uero, cum uerbum genuit, id quod est ipse genuit, neque de nihilo neque de aliqua iam facta conditaque materia, sed de se ipso id quod est ipse.

   Augustinus Hipponensis, *De fide et symbolo*, 3.4 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.7, ll.14-16).

3. Vbi et quodmodo sit in celo dominicum corpus curiosissimum et superuacuum est querere. tantum modo in celo esse credendum est.

   sed ubi et quomodo sit in caelo corpus dominicum, curiosissimum et superuacaneum est quaerere; tantummodo in caelo esse credendum est.

   Augustinus Hipponensis, *De fide et symbolo*, 6.13 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.16, ll.5-7).